UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlae Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

Regulæ Præfecti Bibliothecæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68329

Visual Library

REGVLAE PRÆFECTI

Bibliothecæ.

Index librorũ prohibitorum

1 INdicem librorum prohibitorũ in Bibliotheca habeat, & videat, ne forte vllus ſit inter eos ex prohibitis, aut alijs, quorum vſus communis eſſe non debet.

P.4.c.6.§.7. Bibliothecam claudat, & qui bus clauẽ dabit, &c.

2 Bibliotheca clauſa ſit, cuius claues ipſe habeat & illis tradat, qui eas, iuxta Superioris iudicium, habere debebunt.

Libri quomodo diſponẽdi.

3 Libri omnes eo ordine in Bibliotheca collocentur, vt ſingulis facultatibus ſuus certus ſit locus proprio titulo inſcriptus.

Exterius inſcribantur tituli.

4 Singuli libri titulis exterius inſcribantur, vt facile cognoſci poſſint.

De eorũ conficiendis Catalogis.

5 Omnium librorum, qui domi ſunt, catalogum habeat, diuerſarum facultatum auctoribus ordine alphabetico in diuerſas claſſes diſtributis.

6 In alio catalogo diuiſis etiam per claſſes facultatibus, ij libri ſcribantur, qui in noſtrorum vſum extra Bibliothecam conceſsi ſunt: qui vero intra dies octo reſtituendi extrahuntur, in tabula in hunc vſum parieti appenſa notentur; quibus redditis, quod fuerat ſcriptum deleatur.

Catalogus librorũ in vſum noſtrorum, vt ex Bibliotheca extrahendi.

7 Nullum librum ex Bibliotheca cuipiam dabit ſine Superioris licentia ſpeciali, aut generali: & aduertat, ne quis librum, etiam cum licentia, ſe inſcio accipiat.

Ex Bibliotheca nullum librũ inſcio Superiore dabit.

8 Curet vt Bibliotheca valde munda, & compoſita ſit, quam in hebdomada bis verret, & ſemel ex libris puluerem excutiet: cauere etiam debet, ne libri humiditate, aut alia re lædantur.

Bibliotheca mundanda.

9 Quando intellexerit domi deeſſe aliquos libros neceſſarios, aut aliquos valde vtiles in lucem editos eſſe, certiorem faciat Superiorem, vt ſi illi viſum fuerit emantur: ſi vero domi libri inutiles fuerint, eundem admoneat, an cum alijs melioribus commutandi ſint.

Nouos emendos, & inutiles vendẽdos curet.

10 In loco publico, præſertim in magnis Collegijs ſint quidam communiores libri, quibus vnuſquiſque pro ratione ſuorum ſtudiorum, vti poſſit.

Libri communes.

11 Habeat librum, in quo ea omnia iudicio Superioris ſelecta diligenter ſcribantur, quæ in ſuo Collegio publice exhibentur, vt

Quæ in libro ſcribenda.

Comœdiæ, Dialogi, Orationes, & id genus alia. Concluſiones vero ſingulorum annorum, quæ publice defendentur, ſimul conſutas in Bibliotheca aſſeruet.

Libri extra domum commodati.

12 Si aliqui libri extra domum accommodato darentur, adhibeat diligentiam, vt recuperentur ſuo tempore; & in aliquo interim libro notabit, qui nam illi libri ſint, & quibus eos accommodauerit.